

Universitätsbibliothek Wuppertal

**Demosthenis Et Aeschinis, Principum Græciæ Oratorum
Opera**

Demosthenes

Aureliae Allobrogum, 1607

Olynthiaca I

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

<urn:nbn:de:hbz:468-1-1565>



DEMOSTHENIS ORA-
TORIS ATHENIENSIS
OLYNTHIACA PRIMA
HIERONYMO VVOLFIO
Interprete.

Interprete.

ΝΤΙ πολλάν αὐτόν οὐδείς
αἴδρεις αἴθιωμοι, γρη-
μάτων ὑπάς βέβαιη
νομίζω, εἰ φανερὸν γέ-
νοιτο τὸ μέλλον σωτη-
ροῦ τῇ πόλει σφέντεν
νική σκοπεῖ τε. Οὐτε τοί-
τια τῇδε οὔπος ἔχει,
ωστήκεις ωφελύμως
ἔθελην ἀκούειν τῷ βε-
λομέριον συμβαλεῖσιν.
οὐ γέ μάνον, εἰ το γένοιμον εἰσεμεδρόν οὐκεῖτε τὰ το αἴ-
θιουστατες λέγοιτε, ἀλλὰ καὶ τὰς ὑμετέρας τοὺς
τασθειμέτων, πολλὰ τοῦ δεῖντον εἰπεῖ τὰς ωδῆσιν
καὶ τοῖς αἱ ἐπαλθεῖν εἰπεῖν. Μέτι τοῦτον ἀπάντανον ἡγε-
δίαν τῶν τὰ συμφέροντος οὐμῖν αἴρετον γνωμέδαμον οὐρ-
οῦ παρθένον καθέτε, ὃ αἴδρεις αἴθιωμοι, μενονούση λέ-
γει, Φαντεὶς αἴθιεις, τοῦ τοῦ τασθειμάτων οὐμῖν σκένειν αὐ-
τοῖς αἴνητηπέτεον δέσιν, εἰπερ τοῦτον στοτεῖας αὐτοῦ φρε-
πίζετε. ιμεῖς δὲ οὐκ οἶδεν δινά μειδοκοῦ μὴρ ἵχειν
βόπον ταχές αὐτάξια δινά τά γέμοιδοκοῦτα, φυσίσα-
μα μὴρ ἴδητι τοῦ βούθεια, καὶ αἴρεσθαισταταὶ τῶν
ταχέστων, ὅπως εὐθέτει δε βοηθεῖστα, καὶ μὴ πάθετα ταυ-
τὸν, διπερ τοῦ τασθειμάτου. τρεσβείαν ἐπίμπην ή τις ταῦτα
ἐρει, καὶ παρέτειν τοῖς τασθειμάτοις. οὐδὲ δέ μαλίστα τὸ το
δέ, μὴ πανεργοῦς οὐν, καὶ δευτέρους αἴθερπος τασθειμάτο-
γένητα, τὰ μὴ, εἴκον λείκα αὐτούχη, τάσις αἴρεσθαι,
(αἴθιόπτος δὲ αὐτούπος φάγοιτο) τάσις ὑπάς δραγάλ-
λων καὶ τῶν αἴρουσίν τῶν ὑμετέρων, τοῦτον, τοῦτον, καὶ αἴρε-
σθαισταταὶ τοῦ δέλων τασθειμάτων. εἰ μὲν αἱ διπει-
καῖς, ὃ αἴδρεις αἴθιωμοι, τοῦτο διπερ μενοναχέτατον δέ
τοῦ φιλίπτως τασθειμάτων, καὶ βύζηπον οὐμῖν. τὸ γὰρ δέ
πάντοτε πάντοτε καὶ τοῦτα κύειν, καὶ ἥτι τοῦτο, καὶ διπορρή-
τον, καὶ ἀμαρταπτοῦ, καὶ δεσπότων, καὶ ταμίας, καὶ
παντεργοῦ αὐτὸν παρεῖναι, τοῦ τραπέζου μετηποτε, ταχές μὴρ τὸ
τὰ τὰ πολέμου ταχὺ καὶ τοῦτο καθέτε τασθειμάτος, πολλῷ
τασθειμάτος. ταχές ἡ τὰς καταπλαγαῖς αὐτοῦ εἴκοντο ποι-
σταταὶ δια μήρος τασθειμάτοις, εἴκαστας εἴχει δῆλον γάρ
δέ τοι δια μήροις, ὅπως εἰ τοῦτο δέξις, καὶ δέξιος τοῦτο
μὲν αἴτιος εἴσιν, τοῦτον, ἀτέλαιοπολιτεῖται πάντεστοι τοῦτο

A RBITROR VOS, Athenienses, eam rationem magnæ pecuniae prælaturos, qua explicetur, quid in hoc negotio futurum sit è republica, de quo nunc delibera-
tis. Quod cùm ita sit, æquum est ut vltro & alacriter, eos qui consilium dare volunt, audiat. Neque enim, si quid utile meditatus aliquis attulerit, id audire solum, amplectique licebit: sed illud etiam vestrae fortunæ esse puto, vt multa opportuna dictu, subito nonnullis in mentem veniant. Quamobrem ex omnibus facilè vos utilia diligitis. Tempus certè quidem hoc, Athenienses, tantum non edita voce loquitur vobis metiis, esse curam rerum illarum suscipiendam, si modo eas conseruare studeatis. Nos vero nescio quomodo mihi esse videmur erga illas animati. Sunt autem quæ mihi quidem videantur, hæc: & auxilia iam esse decernenda, & quam celerrimè esse apparandum bellum, ut hinc opem feratis, & non idem admittatis, quod etiam prius: & legatos mittendos esse, qui hæc dicant, & rebus inter sint. Nam hoc maximè timendum est, ne Philippus (ut est homo callidus & in rebus gerendis acer) partim concedendo, ubi res ita tulerit, partim minitando (qua quidem in parte non immeritò illi fides habebitur) partim nos & absentiam nostram criminando, de summa rerum interuertat aliquid, & ad se transferat. Verum illud per opportunitym cadit, Athenienses, ut quod summo Philippi rebus præsidio est, idem vobis vel utilissimum sit. Nam quod is unus omnia & arcana & aperta moderatur, ac simul & dux est, & dominus, & questor, & ipse vbique adest exercitui: ad res bellicas celeriter & tempestiu conficiendas multum quidem valet: sed pacificationi, quam cum Olynthiis facere cupit, aduersatur. Neque enim obscurum est Olynthiis, hoc agi bello non existimationem suam, aut agri partem, sed excidium patriæ & seruitutem norunt etiam quomodo cum Amphipolitis egerit, qui urbem ei dediderunt: & cum Pydnæis, qui urbe rec-

A

Demosthenis

Conclusionis & ab auditorum iudicio. finitimus. Quæ cum ita esse intelligatis, Athenieses, cætera quæ decent omnia, vobis cogitanda esse affirmo, ut velitis & excitemini, bellumque si un-

quam, nunc certè maximè incumbatis : nec pecuniam tantam promptè conferatis, sed & ipsi militis, nec in vobis quiequam desiderari patiamini. Nulla enim iam ratio vobis, nulla excusatio, quo minus officio fungi velitis, relinquitur. Nam quod omnes iactabatis, Olynthios in Philippum esse B conceitandos, id vltro nunc accidit: eaque ratione, qua maximè vobis expediat, nam si velutro impulsu bellum suscepissent, socij fortasse parum firmi, atque ad tempus in ea sententia fuissent. Quoniam autem eum ob illata libi crimina oderunt: firm's eos probabile est cum eo, propter ea quae & n.e.tuant & perpessi sunt, gerere iniurias. Quare non negligenda est talis oblata occasio: neq; committendum, vt idem vobis accidat, quod sèpe iam prius accidit. Si enim nos, cum defensis Eubœenibus rediremus, atque Hierax & Stratocles Amphilopolitæ, hoc suggeriu consenso, vos soluere, atq; oppidum in fidem accipere iuberent, pari studio priuatis rationibus nostris consuluissemus, ac salutem Eubœensium tutai eramus : & Amphilopolim tum obtinuissestis, & omnibus quæ deinde fecuta sunt negotiis, suisseris liberati. Kurius, cum Pydnam, Potidam, Methonem, Pagasas, cætera (ne singulis commemorandis immorer) obsideri nunciaretur: si tam harum urbium vel vni primæ, alacriter, & vt decuerat, opem tulissemus ipsi: faciliore & multo humiliore nunc vteremur Philippo.

Nunc dum præsentia semper amittimus, & futura
cordis, &
ab occasio- sua sponte se rectè habitura opinamur: & auxilium,
ne cù oc. Athenienses, Philipum nos, & tantum effecimus,
cupatione. quantus nemo vñquam fuit rex Macedoniz. Nunc
autem venit occasio. quæ? hæc quam offerant O-
lynthij vltro ciuitati, nulla priorum illarum deter-
rior. Ac si quis (vt mihi quidem videtur) liberalita-
tem erga nos diuinam rectè aestimet: is, tametsi
multa non ita sint, vt deberent, magnâ tamen diis
gratiam sit habiturus: idque iure ac merito. Nam
quod multa bello amissimus, id negligentiae nostræ
acceptum referre iure possis. Quod autem neque o-
lim hoc factum, & oltensa iam nobis est quædam in
societas, quæ sit cladibus hisce depellendis, modò
vti velimus: diuinę benevolentię beneficium equi-
dem interpretor. Sed perinde fit scilicet, vt & in
paranda pecunia: si quis eam quam accepit, etiam
seruarit: magnam habet fortunæ gratiam. Sin im-
prudens consumpsit: vñà consumlit & accepti à
fortuna beneficij memoriam. Sic etiam in rebus
gerendis: qui occasionibus vñ rectè sunt, ij tam-
etsi boni quippiam diuinitùs obtigit, haud memi-
nerunt. Ex ultimo enim euentu, de iis quæ præces-
serunt omnibus, fit plerumq; iudicium. Quapropter
vobis ea quæ restant, Athenienses, magna cur è esse
debent: vt his vitiis correctis, impressam ob res sic

A pecunia administratas infamiae notam exteramus. Quod si
foro: quod de monstrar hos quoque homines destituerimus, Athenienses,
contemnere atque ille Olynthum euerterit: dicat mihi aliquis,
templis al- quid restet, quod illum, quod minus eat quod velit,
cratatis Phi remoretur? Num quis vestrum cogitat, Athenies, &
lippi, & cessationis spectat, quemadmodum magnus euaserit, infirmus
Athenien- cum esset initio Philippos: primum Amphipoli ca-
sum. pta, postea Pydna, mox Potydæa, deniq; Methone,
postrem Thessaliam inuasit. Demum, quum Phe-

αὐτοῖς πόλιν λεγόντων, μηδὲ ταῦτα πύργον, πάλιν ποτίδ

A ras, Pegaso, Magnesiam, omnia suo arbitratu compo-
suisset: in Thraciam abiit. Deinde ibi regibus aliis electis, aliis constitutis, in morbum incidit. ex eo paululum recreatus, non ad socordiam se deflexit, sed statim Olynthios est aggressus. Eius autem in Illyrios & Paeones, & aduersus Arymbam, & quoniam non prætereo expeditiones. Quid ergo, inquiet aliquis, ista nobis commemoras nunc? Vt runque ut cognoscatis, Athenienses, & sentiatis, tum proice re singulatim semper aliquid rerum, quam non expediatur: tum perpetuam in rebus gerendis alacritatem, qua erga omnes Philippus vtitur: praे qua fieri non poterit, vt rebus gestis contentus, in ocio se contineat. Qui si in ea sententia erit, vt agendo semper opes suas, & gloriam augendam censem, nos autem nullius rei curam constanter & serio suscipiemus: considerate, quem tandem harum rerum exitum fore sit sperandum. Quis vestrum, per Deos, ad eum socors est, qui nesciat bellum inde ad nos venturum, si neglexerimus? Verum id si fiat, vereor, Athenienses, ne quemadmodum iij, qui temere pecuniam magno fœnore mutuo sumunt, atque illa paulisper locupletati, post etiam patrimonii eueruntur: sic & nobis segnitiam nostram magno constitisse appareat: & dum ad voluptatem omnia referimus, in eam tandem necessitatem veniamus, vt multa, caque grauia ferenda sint, quæ facere noluimus hactenus, deque agro nostro sit dimicandum. Ac reprehendere quidem, dixerit forsan aliquis, esse facile, & cuiusvis: quid autem de his rebus statudinum sit, pronunciare, id esse consilarij. Ego vero, quanquam illud non ignoro, sœpe vos non nisi qui sunt in culpa, sed his, qui postremi sententiam iam dixerint, irasci, vbi quid ex sententia non euenerit: non tamen arbitror mea priuata salutis ita habendam esse mihi rationem, vt quicquam dissimilem, quod è re vestra futurum esse ducam. Censeo igitur, duobus vos eportere modis rebus succurrere: cum vibes Olynthiorum tuendo, & milites, qui id agant mittendo: tum regnum eius vastando, & triremibus & militibus aliis. Quid si alterutrum neglexeritis: vereor ne irrita sit futura expeditio veстра. Siue enim agrum suum à vobis diripi vexarique passus, ipse interim Olynthum subegerit: facile, domum reuersus, sua defendet. siue præsidia vos duntaxat Olynthum miseritis: videns rem domi in tuto esse, assidebit & ducet bellum: mora obsidionis eos superabit. Auxilia igitur & magna & bipertita esse oportet. Ade auxiliis hæc statuo. Quod autem ad pecuniam comparandam attinet, est. Athenienses, pecunia vobis est, quanta omnium mortalium nemini, militaris: eam vero vos sic ut vultis capit. Quam si militantibus restitueritis: nullo erit opus commeatu. Sin minus: opus erit, vel nullus potius satis erit commeatus. Quid igitur, dicat aliquis: tunc autor es, ut ea sit militaris? Ego vero nequaquam. Ego enim conscribendum exercitum censeo, & hanc pecuniam esse debere militarem, & unam esse rationem, eandem & faciendi & accipiendo quæ oporteat. Eam vero vos ita capit, ut festa celebretis, & res ferè nullas geratis. Reliquum igitur id est scilicet, ut omnes tributum conferant: si multis opus erit, multum: si paucis, parum. Omnino certe pecuniis est opus, nec sine his quicquam potest ritè administrari. Indicant etiam alias alij parandæ pecuniae vias: è quibus eam vos eligetis, quæ maximè conducere videbitur: & rerum curam, dum occasio adest, suscipietis. Illud etiam

Causis eas
positis, cuius
defenden-
di sunt O-
lynthij:oc-
cupatione
transit ad
alterā par-
tem, facul-
tatis locū:

Pocunjaria
ratio.

Hostis in-
commoda.

est operæ preium cogitare & reputare, quo in loco nunc sint res Philippi. Neque enim (ut videatur & dici possit, re non satis considerata) itatus eius hoc tempore præclarus est, aut pulcherrimus. Neque intulisset ille hoc bellum vñquam, si gerendum fore censisset. Nam tum primo statim impetu se omnem rem confecturū sperabat: qua spe frustratus est. Hoc igitur primum illum turbat, cùm præter expectationem eūenerit, & magnam illi mouet ægritudinem. Deinde motus etiam Thessalorum. Nam hi quidem natura nimirum & semper omnibus mortalibus infidi fuerunt. Quales autem sunt, tales eos nunc & ille cum primis experitur. Decreuerunt enim Pagasas ab eo reposcere, & Magnesiam muniri vetuerunt. Præterea quosdam audiui ego, qui dicerent, non concessuros ei Thessalos posthac porteriorum & vectigalium vsum fructum: quòd Thessalorum res publicas inde sustentari, non ea intercipi à Philippo oporteat. Qua pecunia priuatus si fuerit in arctum admodum ei stipendia peregrini militis redigentur. Iam Pæonem & Illyrium, cæteros denique omnes existimandum est, sui iuris & liberos, quā seruos, esse malle. Insueti enim sunt cuiquam parere per omnia: & homo importunus est, vt aiunt. neque profectò id incredibile fortassis est. Nam res secundiores quā par est, temeritatis occasionem incautis præbent. Quare sāpe videtur parta tueri bona esse difficilis, quā parare. Statuetis igitur, Athenienses, incommodates illius vestras esse comoditates, & occasionem strenue vrgebitis: nec legatos duntaxat mittetis quo mittendi sunt, sed & ipsi militabitis, & alios omnes concitatibitis. Nam si Philippo talis contra nos daretur opportunitas, & bellum propè nostros fines oriretur: quā cupidè putatis eum in nos inuasurum? Et non pudeat vos, si nec ea quā ferretis, si posset ille: data occasione, facere audeatis? Præterea ne hoc quidem vos prætereat, Athenienses, nunc optionem dari vobis, vtrum vos illic oporteat bellum gerere, an apud vos illum? Si enim Olynthiorum opes manserint incolu-

Ab hostis
exèplo, &
compara-
tione bel-
lorum.

Philippum
& posse &
velle Atticam inua-
dere.

mes: vos illic pugnantes, cùm illius regnum vastabit, tū securè hac vestra terra fruemini. Sin illa Philippus occuparit: quis eum porrò huc ire prohibebit? Thebani? nisi dictu acerbius, etiam expeditè vñà irrumpent. An Phocenses? qui ne sua quidem sine vestris auxiliis tueri possunt. Aut aliis quispiam? At hercule nolet. Omnium certè absurdissimum fuerit si, quā nunc, etiam cum stultitia reprehensione, tamē eloquitur, ea, data potestate non faceret. Quātum autem intersit, hīc an illic bellum geratur: verbis nihil opus esse arbitror. Si enim oporteret vos ipsos triginta duntaxat dies foris esse, & quā alendo sunt exercitui, è nostri agri prouentibus petere? si nullus inquam hostis in eo versaretur? id dampnum quod iñ vestrū, qui agros colitis, facerent, maius fore totius belli superioris impensis arbitror. Quòd si quā hostiles copiæ venerint: quantæ clades erunt metuenda? Accedet proteruitas, atque insuper ipsius rei dedecus: quod nullo minus est detimento, per distributionem, sanis quidem hominibus. Quare omnia hæc in contemplatione spectu habere, atque vniuersi adiuuare, & bellum illuc amoliri debent: diuites, vt, pro multis, quā Deūm benegnitate possident, pauca impendentes, reliqua securè teneant: iuvenes, vt in Philippi regno parta bellandi peritia, terribiles incolumis patriæ custodes fiant: Oratores, vt in reddendis rationibus pœnas, in' ûptē r̄m̄ πολλῶν, ἀν, καλῶς ποιουμένες πῶνται αδεῶς. τοὺς δὲ οὐκ ήλικίᾳ, ην τὰ πολεμεῖν φοβεροὶ φύλακες τῆς οἰκείας ἀκεραιού γέμενται. τοὺς δὲ λέγοντας, οὐ αὶ τῆς πεπολιτεύματος αἰτοῦσιν.

Peroratio
per distri-
butionem,
sanis quidem
hominibus.
addita.

A εἰ θυμηθῆναι καὶ λογίσασθαι τὰ περιμέτρα τοῦ ὁροθέση-
νεινι τὰ τέ φιλίππου. οὔτε γέ, ὡς δοκεῖ, καὶ φορεῖ τὸς
αὐτοῦ σπονδῶν αἰειβώς, διάπορως, οὐδὲ αὐτὸς καλλιστε-
άντος, τὰ παρόντα ἔχει. οὔτε ἀνέλεγε τὸν πόλεμόν
ποτε τέ τον ἀπεινος, εἰ πολεμεῖν αἴθινον δέσμον αὐτὸν ἀλλ'
ως θητῶν ἀπαντα, τότε ἡλπίζε τὰ περιμέτρα αὐτορί-
σεδαι, καὶ τὰ διέκβασι. τέτο δὴ περιμέτρα αὐτὸν ταξι-
τει, καὶ φύλακες γεγονός. καὶ πολλὰ αὐτούματα αὐτῷ
παρέχει. εἰ τὰ τέ φιλίππου. τάντα γέ ἀπαντα μὴ
τοῦ διπού φύσει, καὶ δεῖ πάσον αὐτοφόροις. κομιδῇ δὲ
απεριώτη, καὶ έστιν νυν τούτῳ. ηγέτη παγαστοῖς απαγγεῖν αὐ-
τὸν εἰσιν ἐψηφισμόροι. καὶ μεγαλοῖς πενταλίγοις τοιχο-
ζειν ἔπονταν αὐτῷ καρποῦνται. τὰ γέ ποντα τέ φι-
λίππου διπού ποτε διατηνόνται, οὐ φίλιππων λαμ-
βάνειν. αὐτὸν διπού ποτε φιλίππη τέ φιλίππου. εἰς σενὸν
κομιδῇ τα τῆς ξένης τῆς ξένης αὐτῷ καταστίνει). αλ-
λα μὲν τὸν γε πανοράμη τὸν ιππονεῖν, καὶ ἀπλῶς τούτος
ἀπαντα, ἥγειδας γένη αὐτούμοτος πόλιον αὐτοῦ, καὶ ἐλεύθε-
ρεις, οὐδούλοις εἴη. ηγέτης τέ φιλίππου πόλιον εί-
σι. καὶ αὐτὸς οὐ βεβαῖης, ὡς φαστή μὲν αὐτὸν ἀπ-
σοντος. τό γέ δὲ περιμέτρον τοῦ φιλίππου αὐτοῖς, αφοριὴ
τὰ κακῶς φεγγεῖν τοῖς αἰούτοις γένεται. διόπερ πολλά-
κις δοκεῖ τὸ φιλίππη τούτα, τὰ κτίσαδε καλεπότε-
ρεν εἴη. δεῖ πίνουν υράς, αὐτοῖς δρες αθλιώται, τὸν αἰγα-
ίαν τὸν ἀπεντα. λογιζομόροι, εἰ φίλιππος λέβοι κατὰ πόλιν τοιοῦτον καμένην, ηγέτη πόλεμος γένοιτο περὶ τῆς χώρα-
πος αὐτὸν οἰκεῖται, εἰς οὐρανὸν εἴρηται; εἰτ' οὐν αἰ-
χιώδετε, εἰ, μήδ' αὐτοῖς αἴτιοι εἰσι, εἰ δύναμεν ἀπεινος, ταῦτα
ποιῆσιν καμένην ἔχοντες οὐ πολιτεύετε; Εἴ τοίνυν, ὡς αἱ-
δρες αθλιώται, μηδὲ τέ φιλίππη διμέση λανθανότε, διηνοῦται
αὐτὸν οἰκείαν ταῦτα αἰδίως καρπούμε-
νοι. αὐτὸν εἰσένα φίλιππος λέβοι. τὸ αὐτὸν ἐπὶ πολλούς
δένεται βασίζειν; θηβαῖοι, μὴ λίαν πιρεὺς εἰπεῖν ηγέτης οὐχ
οἶδε τούτες φιλάττειν, εἰ τοὺς οἰκείαν οὐχ
οἶδε τούτες φιλάττειν, οὐχὶ βοηθόποτε οὐμεῖς; ηγέτης
πολλαῖς ὡς τούς, οὐχὶ βουλίσεται. τέ φιλίππου πόλεμον
μήτ' ἀνέτη, εἰ ἀνατολή οὐρανού πόλεμον, ηγέτη πολεμεῖν,
ταῦτα διαποτές μη περίει. ἀλλὰ μὲν ηλίου γέ έστι
τὰ διεροφέα, τὰ διάδειν ἀπεινος πόλεμον, εἰδὲ λόγος περιστ-
ρεσθεντὸν πήγουμα. εἰ γέ οὐρανὸς δέσμοις αὐτοῖς ξείρανται η-
μέρας μόνας εἴξω γένεται, ηγέτης οὐσα ανάγκη, στρατεύει
γεωμόροις, τέ φιλίππη τῆς χώρας λαμβάνειν, μηδενὸς οὗτος εἰ
αὐτῷ πολεμίου λέγω, πλέον ἐν οἷμας ζημιαθεῖναί τοις
γεωργοῦμεντας οὐρανός. ηγέτης οὐσα απαντα τὸν περὶ τῆς πόλε-
μον διεπαντα. εἰ δὲ πόλεμος τῆς ηγέτης, πόσα γένη νο-
μίσηται ζημιαθεῖναί τοις περισταταῖς; καὶ περισταταῖς οὐβεις, καὶ ἐπὶ τῆς
περιμέτρων αἰχακίη, οὐδεμίας εἰλάττων ζημιας
τοις γε σωφροσ. Παντα δὲ ταῦτα δεῖ σπειδόντας, απαν-
τας βοηθεῖν, καὶ αποδεῖν ἀπεινος τὸν πόλεμον τοις μὲν
έχουσι, μηδὲ αναλίσκοντες, τὰ λοιπὰ περι-
πολεμεῖν οὐπισσάει τὴν τέ φιλίππου χώρα πιπανδροις,
τοις δὲ λέγοντας, οὐ αὐτὸς πεπολιτεύματος αἰτοῖς
οὐδενός.

οὐδενός

Olynthiaca I.

ράμια γέμωνται. ὡς ὅποι ἀττὶ μῆτες οὐδεῖς τὰ φέρει·
γυμνατα, τοιοῦτοι κείται καὶ τὸ πεφεγγυμένον αὐτοῖς
έσειθε. Σηνταὶ δὲ εἴπει παντὸς εἶνεν.

A administrationem suam facile tueri possint. Nam
ut ex res erunt, quae vobis euenient: ita & vos de
actis eorum iudicabitis. Quae utram bonae sint, &
officio fungantur omnes.

ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΤΠΟΘΕΣΙΣ ΛΟ- γού Ολυνθιακοῦ β.

Προσήκαντο μὴ τις τοράβειαν τῷ ολυνθίῳ οἱ
αἰθιωῶν, καὶ βοηθεῖν αὐτοῖς κενέσχεστο. μέλ-
λουσι δὲ οὐδὲ τις ἔξοδον, καὶ μεῖσασιν αἵς μυστολε-
μίτου ὄντος τῇ φιλίᾳ που. παρηλθὼν δὲ ὁ Δημοσθένης,
πειράτη Θερσύνεν τὸν δῆμον, θητεῖσκες ὡς αἰθεῖ τὰ
τὰ μακεδόνος φεύγοντα, καὶ γένετο τοῖς συμμάχοις ὑπο-
πόλιον αὐτὸν οὐνάι Φοισ, καὶ τῷ ιδίᾳ σύναψιν οὐκ οἰχο-
πεῖ. τοιοῦτον μακεδόνας αἰθεῖσις ἐγένετο οὐαῖσι.

LIBANII ARGUMENTVM

Secundæ Orationis Olynthyacæ.

A Dmiserant legationem Olynthiorum Ath-
enieses, & auxilia eis decreuerant: sed expe-
ditionem differebant, metuentes, ne sibi dif-
ficile cum Philippo bellum esset futurum. Demo-
sthenes igitur progressus, confirmare populum
studet, atque ostendit, quād infirmæ sint o-
pes Macedonis. Nam & sociis eum suspectum esse
ait, & suis viribus parum valere, quum Macedones
per se infirmi sint.